

verisimile est, illis Spiritibus, quos inanima-
tos plerique dicunt, quique intelligentiæ ex-
pertes sunt, precationem *εὐλογίαν λαλεῖν* i. e.
peregrino idiomate loqui, ut communiter il-
lud explicant, tribui? Cur non & brutisi-
dem tribuit, quibus iidem insunt Spiritus?
fatemur, dari diversas loci interpretationes,
sunt quidam qui *πνεῦμα* accipiunt pro donis
Spiritus sancti; quidam pro voce; alii pro
intentione, & si forsitan opiniones invenian-
tur plures: qui autem de Spiritu, parte ho-
minis essentiali ab anima & corpore distin-
cta, explicuerit, haecenus fuit nemo, & totus
contextus arguit, sine insigni absurditate ad
illum sensum verba hæc trahi non posse.

§. 8. Nec quicquid efficaciam habet,
quod uberioris confirmationis gratiam de Spi-
ritu mundi adjungit. *Corpus*, inquiunt,
habemus ex elementis conflatum, æquè ut bruta
quod conceditur. *Spiritum*, pergunt, *habe-*
mus ex Spiritu mundi, æquè ut illa, Resp. hoc
est, quod negamus. Certè locus Gen. 1. 2.

D

per